Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tibi offerunt hoc sacrificium laudis. pro
se suisq; omnibus pro redemptione animarum
suarum pro spe salutis et incolumitatis
suae tibique reddunt vota sua eterno deo vi
vo et vero. Communicantes et memoriam
venerantes in primis beate et gloriose sem
perq; virginis marie genitricis dei et domi
ni nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum
ac martyrum tuorum. Petri Pauli Andree
Iacobi Iohannis Thome Iacobi
Philippi Bartholomei Mathei Simo
nis et Thadei Lini Cleti Clementis Six
ti Cornelii Cipriani Laurentii Crisogo
ni Iohannis et Pauli Cosme et Damia
ni. Et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
que concedas ut in omnibus semper protectionis
tue muniamur auxilio. Per eiusdem x. d. nostrum.
Hanc igitur oblationem seruitutis nostre
sed et cunctae familie tue quam domine ut placatus
accipias diesque nostros in tua pace di